

Ad aliud dicit sanctus thomas quo. 3. ar. 2. q. diffi-  
cilius est hoc accidens mutare in illud q̄ hanc sub-  
stantiam mutari in illam substantiam. Tum quia due  
substantie cōueniunt in subiecto materiali quod est  
pars materialis vtriusq̄ substantie. Tum quia sub-  
stantia habet indiuiduationem per seipsam accidēs  
vero non et ideo vnum accidens non potest conuer-  
ti in aliud. Illo tamen dato adhuc tamen non sequi-  
tur idem esse in diuersis locis simul quia si dimensio  
conuertatur in dimensionem iam non erunt due di-  
mensiones sed vna et sic non cōmensuraretur diuer-  
sis locis sed vno tantum. Si dicatur eadez sequunt̄  
inconuenientia tenendo idem esse in vno loco circū-  
scriptiue et in alio sacramentaliter vel modo nō quā  
to sicut tenendo idē esse in duobus locis posset eū  
mori in vno et non mori in alio et c. Dicendum q̄ non  
quia moreretur in alio ex consequēti cum non sit ibi  
proprie localiter.

Ad octauum dicitur q̄ principia essentialia et in-  
trinsēca distinctionis illorum corporum manent ta-  
men dimensiones que distinguunt corpora non sunt  
naturaliter distinctiua nisi vt sunt in diuerso situ et  
ideo principia intrinsēca naturaliter non sufficiunt  
distinguere.

Ad aliud dicitur q̄ situs qui est differentia quan-  
titatis est formaliter distinctiuus q̄ntitatis. Alius  
autem situs necessario et naturaliter sequitur primū



Ad quartum sic proceditur videtur q̄  
in vacuo fiat motus in instanti. Et  
primo q̄ vacuum sit patet quia secun-  
dum astronomos in celo sunt eccen-  
tri et epicicli ad quorum positionem se-  
quitur vacuum ergo minor patet quia  
quando pars minus lata peruenit ad locum partis  
latis non occupat totū locū alias esset eque lata  
sicut alia ergo est ibi vacuum. Sed contra est philo-  
sophus.

Respondeo dicendum q̄ quia ponentes vacuum  
esse spacium separatum ad ponendum hoc mouebā-  
tur vt esset causa motus localis tāq̄ illud in quo est  
per quod posset fieri motus eo q̄ vacuum cedit et nō  
resistit mobili ideo hanc opinionem destruit aristo.  
primo ex pte mot⁹ sc̄do ex pte velocitatis et tardita-  
tis in motu vt videbit̄ in sequenti.

Notandū q̄ vacuum non est causa motus nec ad  
saluandum motum ipsum est ponendum probat̄ sic  
sex rationibus textus.

Prima quia si vacuum sit causa alicuius motus  
maxime est causa motus localis vt ergo ipsi dicebāt  
erit principium motus localis sed hoc non quia om-  
ne corpus naturale habet motum naturalem ad ali-  
quem determinatum locum secundū eius propriam  
naturam vt ignis sursum et terra deorsum ergo natu-  
ra cuiuslibet corporis est causa sui motus localis et  
non vacuum.

Secunda omne corpus naturale naturaliter ten-  
dit ad suum locum naturalem et naturaliter in eo q̄-  
escit propter naturalem conuenientiam quam habet  
cum ipso et recedit a loco non naturali propter discō-  
uenientiam sed vacuum cum sit eiusdem rationis in  
omnibus suis partibus si ponatur non habet aliquā  
naturam per quam possit conuenire aut discōueni-  
re cum aliquo. ergo corpus in vacuo positū non mo-  
uebitur vel si moueatur oportebit q̄ simul ad quan-

libet partem vacui moueatur cum non magis conue-  
niat cum vna parte q̄ cum alia sed hoc est impossibi-  
le igitur et ista eadem ratio valet contra illos qui  
ponunt locum esse spacium separatum.

Tertia ratio si vacuum sit est eiusdem potentie et  
virtutis in omnibus suis partibus ergo mobile in eo  
positum equaliter ab omni parte vacui trahetur et  
per consequens oportet q̄ perpetuo maneat immo-  
bile et etiam ista ratione aliqui assignant causas que-  
tis terre in medio mundi quia ex omni parte equali-  
ter ad centrum trahitur.

Quarta ratio omnis motus est naturalis vel vio-  
lentus et quia omnis motus violentus declinatio est  
a naturali motu et fit in mobili contra inclinationes  
ad motum naturalem sequitur q̄ si in vacuo non pos-  
sit esse motus naturalis ergo neq̄ violentus quia de-  
structo priori destruit̄ posterius. Sed primum patet  
quia omnis motus naturalis est ad aliquam differen-  
tiam positionis et diuersorum corporum motus natu-  
rales sunt ad diuersas partes loci naturalis sed in  
vacuo non est aliqua differentia positionis partium  
ad inuicem ergo non potest esse causa motus natu-  
ralis sed magis destruit motū sicut enī in infinito si  
esset non esset sursum deorsum neq̄ mediū vt dictum  
est prius ita neq̄ in vacuo aliter tamē nō essent ista  
in infinito et in vacuo q̄ in infinito ista nullomodo  
reperiunt̄ distincta nec ex natura rei nec quo ad nos  
sed in vacuo si esset spacium finitū ista reperirentur  
distincta quo ad nos sed non ex natura rei quia vacu-  
um habet rationem priuationis et non entis modo  
non entis nulla est differentia ideo in vacuo non re-  
peritur sursum deorsum et mediū ex natura rei dif-  
ferentia.

Quinta ratio si vacuum esset sequeretur q̄ proiecta  
post recessum a proiciente primo non mouerent̄ cō-  
sequens est falsum vt patet per experientias et conse-  
quentia patet quia causa motus projector post sepa-  
rationem a primo proiciente secundum aliquos est  
antiparistesis hoc est repercussio mediū ad mediū q̄  
mediū primo percussus a primo proiciente pellit me-  
diū sibi propinquū et illud pellit aliud sed de hoc in  
octauo physicorum.

Sexta ratio si poneretur vacuum nulla esset causa  
quare mobile magis moueretur ad vnam partem q̄  
ad aliam ergo vbiq̄ moueretur quod est impossibi-  
le et probatur adhuc consequentia quia antiqui dix-  
erunt vacuum esse causam motus quia vacuum cedit  
ipsi mobili et nullomodo resistit cum ergo secundum  
quālibet partem equaliter cedat sequitur q̄ mobile  
secundū omnē differentiam positionis mouebit̄ sic er-  
go patz quomodo nō est ponendū aliquod vacuum se-  
paratū a corporibus et receptiū corporum tanq̄ quod-  
dam spacium existēs inter latera cōtinētis et hec est pri-  
ma opinio de vacuo.

Secunda est ponentū vacuum non esse spacium tota-  
liter separatū sed imbibitū corporibus naturalibus  
sicut aqua cū tenet̄ in foraminibus spongie et sic po-  
suerūt democritus et leuip⁹. Democrit⁹ dicebat cor-  
pora componi ex multis atomis et inter media illo-  
rū ponebat vacuum vbi nos dicimus esse poros et dice-  
bat omnia corpora componi ex pleno et vacuo et di-  
cebat q̄ per istas vacuitates fiebat nutritio augmen-  
tatio et rarefactio et quidā posuerūt vacuum corporibus  
imbibitum et non solum inter poros sed dicebant q̄  
erat quedā dimensio existēs penetratiue cū locato